

In isto monte, ubi jam estis, infini-
tus est thesaurus auri absconditus ab
eterno, quem nos deinceps, Deo iubente,
usque modo custodivimus; et ecce
jussi sumus recedere. Rex enim ce-
lestis hunc thesaurum humano generi
patefecit: ne timeatis vos, quia jam,
ut auditis, recedimus. Tunc illi mon-
tani querentes invenerunt.

e/ vos c.

Anno Domini MCCC.^o Conradus
Herbipolensis episcopus occisus est,
^{octava}
Idus Decembris. Interea Philippus
nil actum esse conspiciens, collatum
Cantgravio regni patrimonium con-
stanter repetit, ut qui de eo fidem
non habuerat: maluitque ei infestus
esse, quam eum de re possessa vellet
aliquatenus opulentiores fieri. Sa-
ne Cantgravius, ^{con}comperta de interfe-
ctione Herbipolensis episcopi tam
detestabili malicia, non potuit de
Philippo securus existere, quem con-
siliis et mandato eundem Herbipo-
lensem episcopum constabat intere-
misit. Abinde Philippus manifestus
Cantgravius hostis efficitur, compellit
ad ejus expugnationem conjurare
principes, fecit expeditionem ad
Thuringiam cum duobus milibus
armatis, destruxit villas, ecclesias
violavit, et omnia effossisque
mortuis. Sivei tantam immanita-
tem fecerunt, quod vix Saxones fe-
cissent.

ep. Conradus P. M.

octava

collato